



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De Curiositate quid sit c. 22 [i. e. 12].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

etas solum sit, quia utriusque ratio saltē probabilis dicitur illud volendū esse, quod vult: nullū erit peccatū. Pertinacia est\* animi adhēsio in propria sententiā plusquā opus sit & est mortale si circa rem mortiferam, aut directē cōtra Dominū, vel proximum fuerit, vt in rebus moralibus & medicinæ.

*De Curiositate quid sit.*

Cap. 12.

**C**uriositas est\* appetitus sciēdi inordinatus. Per sciētiā intellige cognitionē intellectus, & sensus, quorum appetitus dicitur inordinatus, & peccatum quādo est cōtra rationē, vt quando est supra captum, vel non pertinet ad addiscentem. In quo semper inest peccatum saltem veniale, quando autem res scita, aut visa,\* est probabilis occasio peccati



mortalis, vt in homine carnali ex industria vidente animalia coeuntia, est peccatum mortale. Similiter si res fuerit prohibita, vt Magica ars, vel res sit de se mala, aut propter malum finem, vt cum quis proximi defectus scire cupit vt eum infamet, aut ad peccandum inducat, vel aliquem interroget de eo quod sub iuramento tenetur occultare.

*De Inventione nouitatum, &  
Inobedientia. Cap. 13. & 14.*

**I**nuentio nouitatum, qua Sanctus Thomas, presumptione nouitatum vocat: est\* vitium, quo quis vult aliqua mirabilia exhibere, vt aliorum compararet laudem; quod quidem de genere suo est veniale, nisi contra Dei honorem, & in proximi notabile fuerit damnum. Inobedientia est\* transgressio mandati